

# BROCARDICA AVREA

D. AZONIS BONONIENSIS ANTI-  
QVORVM IVRIS CONSULTORVM  
FACILE PRINCIPIS.

In quibus omnes ferè iuris antinomiae conciliantur, atque  
concordantes leges suis locis collocantur.

Nunc tertio ad studiosorum comodum, decem Rubricis  
insignioribus aucta, varijsq; mendis expurgata, ædita.  
Accessit Tabula Rubricarum, & index omnium locorum ccm-  
munium, qui in hoc libro continentur que lectoribus  
facillime succurratur.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI  
APVD IOANNES BOIVS. 1568,  
Expensis Iacobi Facchetti.

COLL. SOC. IESV SALVI EX DONO REGVM

## AD LECTOREM.



Am vs tibi optime Lector, Azonis Librum, quem Broccarda, seu generalia vocare voluerunt antiqui; (sic enim Accursius eum librum testem citare assolet, usitato quidem nomine apud antiquos) Arduum alioqui opus & legū scientiæ studiosis hominibus admodum utile, quippe cum paucissimi ne dicam nulli in hoc genere alij elabauerint; & tam vastum hoc disciplinæ pelagus sit, ut ab eruditis penitus nauigari & percurri nequaquam potuerit, ac propter varias grauissimorum auctorum sententias tot vndiq; circumstant Syrites, tot acuti latent scopuli, tot ambages occurunt; ut rectâ ad veritatis portum nauem dirigere sit difficillimum. Nam cum varijs quæstionum, ac disputationum nodi permisitè propositi hoc efficiant, ut animum in diversa distractum nunquam se colligere, ac consistere patiantur: hoc ipsatum legum seu generalium in unum collectio præstat, ut & certum nobis scopum proponat, & quo quæq; referantur, ac pertineant, crepto omni errore, ostendat. Quia quidem in re Azo noster peritus omnium iudicio, Summam Iudicem est consecutus, ac velut alter Theseus inestricabiles labyrinthi errores, filo sapientiæ docuit euoluēdos. Sed dices cur semel atq; iterū excussum opus nūc tertio ex vestra hac non ita celebri Typographia cudatur? Dicam ut auctior, emendatorq; liber hic semper manibus gestandus, habeatur. Et ne quid etiam Azeni desit piam illi operam alijs cum literatis nauasse doctissimum quendam gaudere debes. Quippe cuius ea est virtus; auctoritasq; ac fama, ut non parum ad illius gloriam accedere putas, quod non illiterato viro sue.

# DOMINI AZONIS BONONIENSIS BROCCARDA SEV GENERALIA. RVBRICA PRIMA.

## DE INITIIS VEL CONTRA EORVM QUE EFFECTU.

OMNIA INITIIS INESSE SOLENT ET DE ORIGINE  
NEGOTII PROBANDAM.

ORIGINEM NEGOTII ESE PROBANDA.

**ff** *Commodati.l.eum qui:*

**C** *De pignor.l.nec creditores.*

**C** *Ad macedo.l.3.*

CONTRA ORIGINEM NEGOTII

NON ESSE PROBANDA.

**C** *De praescript.30.an l.male agitur.*



E origine probanda vel non probanda non est lex ista contraria: quia plerique libri habent Initium requiri vel si habeant non requiri non est contraria, quia q̄ dicitur originem probandam verum est ab auctore cuius est omnis probare q̄ affirmat non à reo cuius per rerum naturam nulla est probatio. C. de probat. I.auctor. C. de pei.hered.l.cogi Immo reus quoq; vincit hoc ipso q̄ auctor non probat. C. de eden. I. qui accusare & patet illam legem loqui in reo quia de posses-

sore loquitur, vel melius origo quidem negotij probanda est, nō autem loquitur de origine negotiis seu contractus. Sed de origine possessionis.i principio possessionis.

BONVM INITIVM ESSE SPECTANDVM.

**In** *Insti.de usucap.S. diutina.*

**C** *De usucap.transf.l.unica.S. cū aut.*

**ff** *Derei. vend.l.Iulianus scribit.li.7.*

**S.** *si in aliena.*

**ff** *De publici.l.eum.S. in hac.*

**ff** *De Donat.inter vir. & uxor.l.si do-*  
*nate.*

**ff** *De furt.l.qui uas.S. si antilla.*

**ff** *De pet.hared.l.sed et si S. de eo*  
*Contra.*

**In** *Decr.1.q.1.c.principatus.*

**In** *Decret.dixi.3.de.penit.c.nihil.*

INITIVM ESSE SPECTANDVM.

**In** *instit. quib. non est permis. fac. testa.*

**S.** *ultimo.*

**In** *aut. vt cum de appellat. cognos.S. l.*